



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De eximia animæ puritate, medijsque eam acquirendi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

realib. præfidijs in decurrentia triplici via perfectionis aberrantes dirigere, languescentes excitare, currentes porro promouere.

Quantus proinde tibi meritò concipiendus foret zelus alios quam plurimos ad eximiam perfectionem, cuiusque statui cōgruentem, omni ope, & industria, per idonea media ex pura intentione diuini honoris & obsequij fortiter constanterque, omnibus difficultatibus, superatis, promouendi? Gratitudo, amor, zelus eximiae perfectionis aliorum.

IV. De eximia animæ puritate, medijisque eam assequendi.

I. Expende, in quo eximia animæ puritas, finis viæ purgatiuæ, potissimum consistat. 1. Nimirum, ut quis posteaquam præteritæ vitæ peccata, tam grauia, quam leuia, quoad culpam & pœnam ritè expiarit, nullis deinceps, quantumvis leuibus, delictis se inquiet, & quantum humana fragilitas patitur, omnia etiam illa, quæ ex subreptione fiunt, ægreque vitari omnino possunt, studiosè caueat,

neat, solliciteque expiet. 2. Ut vitirosos habitus sic eradicet, effrenes passiones sic edomet, tentationes instantes sic congruis medijs preuertere, & præsentes superare consuecat, ne vnquam ijs se ad peccatum veniale voluntariè committendum pertrahi sinat. 3. Ut sic omnem inordinatum erga creaturas omnes affectum exuat, ne vnquam creature cuiusvis amore, desiderio, intuitu, vsuque creatorem vel veniali peccato scienter offendat.

Quam pretiosa est hæc animæ puritas in oculis diuinæ Maiestatis, quam grata Angelis, quam amabilis hominibus? quam puro, ardenti, constanti, insatiabili desiderio ad illam meritò æuhelandū omni, qui cupit Deo, tante puritatis amatori, vniri? His expensis zelus proficiendi, in hac puritate cliendus, latissimè, quoad omnes predictas eius partes: sublimissimè, quoad intentionis puritatem & eximium conatum; constantrissimè, tota vita, in omnibus vicissitudinibus consolacionis & desolationis, prosperitatis & aduersitatis; insatiabilissime, quoad desideria supra vires Angelicam mentis puritatem in terris æmulandi.

Ff 6

II. Quæ

II. Quæ sunt media eam assequendi, augendi, & conseruandi: nempe. 1. Feruens desiderium, efficaxque propositum, ad eximium hunc animæ nitorem contendendi concipere, idemque crebrè manè, vesperi, in meditatione, in examine, in periculo lapsus, aut post lapsum renouare. 2. Protestari manè coram Deo omnis generis tentationes & peccandi illecebras cuique occurrere solitas semper fore contra suam voluntatem, malleque se millies mori, quam Deum deliberatè offendere, imò medullitus optare, ut quoties illæ occurrerint, toties à se & ab omnibus omni possibili modo Deus glorificetur. 3. Sollicitè ad seipsum ab omni labe præseruandum attendere, per præximæ exercitiæ diuinæ præsentiaæ, præconsiderationis practicæ, recollectionis crebræ seu horariæ, per viuam memoriam suę vocationis & professionis, per piam diuinorum beneficiorum & attributorum ruminationem. 4. Post lapsum quemuis profundè se humiliare, & contritione elicere cum spe venia & proposito emendationis. 5. Accuratè instituere examina quotidiana, confessionem, recollectionem hebdomadariam, men-

menstruam, aliaque eiusmodi. quām hæc & similia media facilia sint, quām efficacia ad insignem animæ puritatem breui acquirendam? quomodo ijs v̄sus fueris, ac porrò vti velis? quomodo te ijs v̄sum fuisse in hora mortis optares? Feruor his medijs seriō vtendi.

III. Quo ardore Sancti innocentia vitæ conspicui, ad hanc angelicam animæ munditiem suspirarint? quo feruore his & similibus medijs v̄si eandem indies auxerint, illibatamque conseruarint? in primisque immaculatissima Deipara, speculum sine macula, cuius omnes cogitationes, desideria, verba & opera nulla vñquam vel leuisima labecula infecta plusquam Angelicam puritatē redolebant. Congratulatio, zelus imitandi.

Dz Christo, caussi exemplari huius V.
puritatis.

I. Expende, quām clarum nobis huius excellentissimæ puritatis & innocentiae exemplū præbuerit Christus Dominus 30. annos priuatam vitam agens, qui licet esset impeccabilis, nibi-